

tradere, nullius momenti sit traditio, ut SS. Apostolorum vult can. 39. qui dicit: *Omnium rerum Ecclesiasticarum Episcopos curam gerat, & eas administraret tamquam Deo intrinse. Ne licet autem ex eis quidquam sibi vendicare, vel propriis cognatis, que Dei sunt, elargiri. Si sint autem pauperes, ut pauperibus suppeditet: sed non eorum praeexti res Ecclesie venundet. Sin autem detrimentum Ecclesie afferre cauferetur, ne quidquam ex agro emolumenti percipi, nec sic quidem Principibus, qui sunt eo loco, alienet pradium, sed clericis vel agricolis. Sin autem improba aliquis calliditate uenire, & a clericis vel agricultoris sacrae Praefecturam exercendo: five denique Apostolico Pauli exemplo propriis manibus honeste laborando.*

20. At vero ad primi generis incompatibilitatem pertinent duae simul dignitates, ut duo Episcopatus, duo Decanatus, aut unus Decanatus cum Praepositura simul, vel cum Archidiaconatu. Item plures Parochiae, aliave curata Sacerdotia. Præterea plures in eadem Ecclesia personatis, aut dignitates etiam circa coram animarum. Denique plures sub eodem tecto uniformes præbende, ut sunt duo Canonicius quantumvis simplices, c. litteras de conceit. præbend. Ista quoque incompatibilitas extenditur ad Episcopum, qui statim atque consecratione suscipit & bonorum Episcopali fructu gaudet, (non enim hic Episcopi comprehenduntur mete titulares, & Episcopali prouentu proprieitate non pertuentes) aut etiam elapsu tempore quod Canones consecrationi Episcopali præfixerunt, amittit illico jure ipso, quicumque prius habebat, beneficia, nisi Apostolice dispensatione Sedis fuerit premunitus, c. in cunctis 7. & cum vero, de electio. Sed si pauper sit Episcopus, poterit ei adhuc post consecrationem simplex aliquod conferri beneficium. Tamet enim quis prius teneratur, amittit, non est tamen ad posteriora simplicia inhabilis, ut docent Martinus Navarra, Lessius, aliique communiter. Nec tantum circa predicta veritatis prima illa beneficiorum incompatibilitas, inducens ipso facto præstini quo quis fuerat provisus beneficii vacationem; sed etiam circa Curatum beneficium cum aliis simul, que quamvis simplicia sint, residendi tamen obligacionem annexam habent, vel chorum, ut sunt Canonicius, nisi his unita sit cura, per Vicarium ab Episcopo approbatum & titulatum exercenda. Veruntamen si contingat, Curatum beneficium minime sufficere ad convenientem ejus qui provisus fuit, sustentationem, potestatem habet collator abfque alia dispensatione conferendi ei, qui provisus est, simplex aliquod beneficium residentiae non alligatum, iuxta Tridentinam definitionem fess. 24. cap. 17. Sapienter vero docet Angelicus Doctor Aquinas quodlib. 9. art. 15. Quidam rerum genera ita esse ex se mala, ut nulla circumstantia possint a malo excusari, quale est adulterium. Alia, mali quidem speciem habentia, que tamen adulteris debitis circumstantiis bona sint. Hujusmodi est homicidium, nam si fiat cum moderamine inculpate tutele, id est necessaria, aut in reipublica utilitatem & secundum leges, bonus est. Et sub hoc genere collocat S. Thomas beneficiorum Ecclesiasticorum pluralitatem. Alia denique neque per se mala sunt, neque mali speciem habent, sed solam ad bonum aut ad malum indifferentiam, ut ambulare, loqui, dormire.

Refertur a Gratiano c. Clericus, 21. q. 1. hoc idem sanciverat Chalcedonensis Synodi can. 10. interdicens, ne quisquam clericis duarum civitatum Ecclesie adseratur. Pari ratione caverut in Concilio Agathensi can. 57. & in Epaenensi can. 9. & in generali Lateranensi IV. sub Innocentio III. can. 29. in Tridentino fess. 6. cap. 4. & fess. 24. 17. necnon in c. unum Abbatem, 21. p. 1. ne unus duabus Ecclesiis clericus, & ne unus duobus Monasteriis preficiatur Abbas. Jus quoque civile non permittit duplum in uno militare, seu duobus metris cingulis aut stipendiis, 1. his quidem, Can. qui militare non pos. libr. 12. sed hanc ex re natura questione paulo dilucidus discutamus.

19. Canonum periti duplum norunt plurimum præbendarum seu beneficiorum incompatibilitatem; primi scilicet generis, & secundi. Incompatibilitas primi generis ea est, ut secundo per pacificam possessionem obtinet beneficio, primum re ipsa vacet statim, c. de multa de præb. & extrav. execrabilis, eod. tit. in communib. & c. litteras, de concess. præbend. & c. cum in cunctis 7. & cum vero, de electio. Secundi generis incompatibilitas ea est, qua simili nequeant liceat plura teneri beneficia, nisi accedit rationalibus dispensatio Superioris, id est, que sua causa nitatur: nec ideo tam vacant priora beneficia per posterioris adhesionem, quamvis nulla fuerit impetrata dispensatio; & præterea horum alterum possit congruum vietum proviso suppeditare. Etenim si singula non sufficiente sustentationi, possint duo simplicia beneficia liceat circa dispensationem possideri, iuxta istud Tridentinum decreto fess. 24. cap. 17. Statuit sancta Synodus, ut impostrum unum tantum beneficium singulis conferatur: quod quidem si ad vitam honeste sustentandam non sufficiat, licet nihilominus aliquod simplex beneficium, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferre. Atque iste ipse quem exponimus Nicenus canon diserte ea de causa extra urbem Imperiale posse pluribus Ecclesiis Clericum unum addici docet. Con-

stantinopoli quippe facilius esse Clericis circa plurimum præbendarum possessionem vitam honeste tueri, siue, ut indicat, apud procerum familias facta ministeria domi, vel in agro ex Episcopi venia celebrando; five filiorum aut famularum institutione tum ad bonas litteras, tum ad pietatem operam navando, exclusis tamen omnino secularibus præfecturis, aut vilioribus obsequiis; five demum aut publice, aut privatum honestas scientias & disciplinas edocendo; five Xenodochii alii que piis dominis, aut etiam Sanctimonialium cœnobis sacrae Praefecturam exercendo: five denique Apostolico Pauli exemplo propriis manibus honeste laborando.

20. At vero ad primi generis incompatibilitatem pertinent duae simul dignitates, ut duo Episcopatus, duo Decanatus, aut unus Decanatus cum Praepositura simul, vel cum Archidiaconatu. Item plures Parochiae, aliave curata Sacerdotia. Præterea plures in eadem Ecclesia personatis, aut dignitates etiam circa coram animarum. Denique plures sub eodem tecto uniformes præbende, ut sunt duo Canonicius quantumvis simplices, c. litteras de concess. præbend. Ista quoque incompatibilitas extenditur ad Episcopum, qui statim atque consecratione suscipit & bonorum Episcopali fructu gaudet, (non enim hic Episcopi comprehenduntur mete titulares, & Episcopali prouentu proprieitate non pertuentes) aut etiam elapsu tempore quod Canones consecrationi Episcopali præfixerunt, amittit illico jure ipso, quicumque prius habebat, beneficia, nisi Apostolice dispensatione Sedis fuerit premunitus, c. in cunctis 7. & cum vero, de electio. Sed si pauper sit Episcopus, poterit ei adhuc post consecrationem simplex aliquod conferri beneficium. Tamet enim quis prius teneratur, amittit, non est tamen ad posteriora simplicia inhabilis, ut docent Martinus Navarra, Lessius, aliique communiter. Nec tantum circa predicta veritatis prima illa beneficiorum incompatibilitas, inducens ipso facto præstini quo quis fuerat provisus beneficii vacationem; sed etiam circa Curatum beneficium cum aliis simul, que quamvis simplicia sint, residendi tamen obligacionem annexam habent, vel chorum, ut sunt Canonicius, nisi his unita sit cura, per Vicarium ab Episcopo approbatum & titulatum exercenda. Veruntamen si contingen-

t, Curatum beneficium minime sufficere ad convenientem ejus qui provisus fuit, sustentationem, potestatem habet collator abfque alia dispensatione conferendi ei, qui provisus est, simplex aliquod beneficium residentiae non alligatum, iuxta Tridentinam definitionem fess. 24. cap. 17. Sapienter vero docet Angelicus Doctor Aquinas quodlib. 9. art. 15. Quidam rerum genera ita esse ex se mala, ut nulla circumstantia possint a malo excusari, quale est adulterium. Alia, mali quidem speciem habentia, que tamen adulteris debitis circumstantiis bona sint. Hujusmodi est homicidium, nam si fiat cum moderamine inculpate tutele, id est necessaria, aut in reipublica utilitatem & secundum leges, bonus est. Et sub hoc genere collocat S. Thomas beneficiorum Ecclesiasticorum pluralitatem. Alia denique neque per se mala sunt, neque mali speciem habent, sed solam ad bonum aut ad malum indifferentiam, ut ambulare, loqui, dormire.

Can. XVI. *Omnis luxus & ornatus corporeus est a Sacerdotiis statu alienus; Episcopum ergo vel Clericos, qui se splendidi & insignibus vestibus exornant, corrigeret oportet; sin autem permaneant, penitenti: similiter & eos qui sunt unguentis delibuti. Quidquid enim non proper ulum, sed ostentatorum ornatum assumitur, in malitia reprehensione incurrit, ut ait magnus Basilios. A superioribus enim usque temporibus, omnis vir Sacerdotialis cum moderato & honesto vestimento indebatur: Sed nec ex sericis texturis variatam quis vestem habebat, neque in extremis vestibus adjelta erant alieni coloris additamenta. Ex Divina enim lingua audiuerunt, quod qui mollibus vestiuntur, in dominis Regum sunt.*

Notissimum est Concili Carthaginensis IV. canon 45. Clericos professionem suam & in habitu & in incessu suo probet; & nec vestibus nec calcamenti decorum querat. Superius require can. Narbonensis Concillii anni 589.

21. Can. XVII. *Quidam Monachi suis monasteriis relictis, ut qui imperare desiderent & parere recusent, oratoria adificare aggreduntur, cura ea non habent que ad perfectionem pertinet. Si quis hoc ergo facere aggressus fuerit, prohibetur ab ejus loci Episcopo.*

Licentia illa indiscreta, qua tunc temporis laborant ambitionis Monachi, subesse renuentes, & praefesse ambiens, jam nostris temporibus ad Moniales ita per-

Synodus VII. OEcumenica, Nicæna II.

vasit, ut cum nequeant Pralati pacem inter eas conciliare, ac sedare discordias & partialitates, quas mutua regendi æmulatio accedit, nullum aliud superfit remedium, præter novas Parthenonum fundationes, quas quotidie videmus pessime succedere, atque ad superfluum terminari propter rerum omnium temporalium inopiam, vietiisque necessitatibus penuriam, quam auget mala temporalium administratio ac potius dissipatio, vel etiam ob novas internacentes regendi ambitiones, ob quas necessitudo judicari esse remedium novas quadrangulæ sedes, ne dissensiones in immensum excrecant; & sic multi plicantur improvise fundationes, & verificatur Isaia vaticinum cap. 9. v. 3. *Multiplicasti gentem, sed non magnificasti letitiam.*

22. Can. XVIII. *Sine offensione estote etiam iis qui extra sunt, inquit Divinus Apollonus, 1. Cor. 10. Mulieres autem in Episcopis vel Monasteriis verlari est omnis offensionis causa. Si quis ergo ancillam, vel liberam, in Episcopis possidere deprehensus sit, vel in Monasterio ad ministerium aliquod obendum, puniatur: sin astem perleveret, deponatur.*

Can. XIX. *Tanta execrabilis avaritia labes Ecclesiastrum prefectos invaserit, ut nonnulli horum virorum ac mulierum, qui piis ac religiosis dicuntur, Dominicani mandati oblitii fallantur; & eos qui ad Sacerdotalem Ordinem, aut ad vitam monasticam accedunt, pecunias admittant: & quorum probrum est consilium, universum quoque reiciendum efficitur, ut ait magnus Basilios: nec enim licet DEO servire & manmone. Si quis inventus fuerit hoc facere; qui hoc facit, si sit quidem Episcopus, vel Monasteriis Prefectus, vel ex Sacerdotali ordine, vel censes, vel deponatur, ut vult secundus Canon Chalcedonensis Synodi. Sin autem Monasteriis Prefecta, a Monasterio extrudatur, & alii Monasteriis tradatur ad subjectiōrem. Similiter & Monasteriis Prefectus, qui Presbyterii ordinationem habet. De iis autem que dantur liberis a parentibus instar dotis: vel de rebus suis propriis oblatis proficibus iis qui ea offerunt, esse Deo consecrata, statuimus, ut sine maneant, sine exeat, ex in Monasterio maneat, ut fuit eorum professio; nisi is, qui praestet, in culpa fuerit.*

Inferius requirit canon 63. & 64. Concili quarti Lateranensis generalis sub Innocentio III. & subiectam eidem Concilio differentiationem nostram de passionibus simoniacis in Monasteriorum ingressu.

23. Can. XX. *A praesenti statuimus non fieri duplex Monasterium, quoniam hoc sit multis scandalum & offensio. Si qui autem volunt cum cognatis mundo renunciare, & vitam sequi monasticam, viros quidem oportet in virorum Monasteria discedere, feminas autem ingredi in mulierum Monasteria; hoc enim est Deo acceptum. Quae autem hucusque duplicita fuerint, serventur secundum canonem sancti Parris nostri Basili: & secundum eius constitutionem ita regantur. In uno autem Monasterio reverentur Monachi & Monache. Adulterium enim media conversatione inept. Nec Monachus libere cum Monacha, nec Monacha cum Monacho seorsum confabulet; nec curer Monachus in feminarum Monasterio, nec cum Monacha seorsum comedat. Et quando que sunt virata necessaria a parte virorum, ad Regulares feminas deferuntur, extra portam bac accipient Monasteriis mulieribus Praefecta cum aliqua monacha. Si autem eveniat, ut aliquam velit cognatam Monachus apicere, praesente Praefecta cum ea colloquatur exiguo & brevi sermone, & mox ab ea recedat.*

Duplex Monasterium canone isto prohibitum duò comprehendebat contigua Monasteria, unum Monachorum, alterum Monialium, instituti in vicem; mutuaque administratione ac directione colligatorum, in quibus contigutas illa, superflua colloquia, & eo periculosiora quo erant occultiora, fovere solebat. Magnus vero Basilios Monasticæ disciplina pater ac legislator, in hujusmodi minime necessaria diversis inter sexus colloquia quam rarissima & brevissima esse precipitat, atque ex his seu pestiferis fontibus omnem deputationem morum relaxationem securitatem admonet, dicens in libro constitutionum Monasticarum cap. 3. *Quocirca fulgiende in primis cum mulieribus nobis congreßiones sunt, & colloquiones: neque ad eas unquam accedendum, nisi cum gravissima nos aliqua ad eas necessitas impellit, ut aliter facere non possumus. Atque ipsa enim etiam ubi nos necessitas adegerit, ab ipsis non fecis argue ab igne carendum est, adeo ut quam occisime nulla mors ab ipsis extricemus. Animadverte enim quid de hac re Sapientia dicat: Nunquid potest homo abscondere ignem in fine suo, ut vestimenta illius non ardeant? Aut ambula super prunas, ut non comburantur planta ejus? Idem.*

que capit. 11. hujusmodi conventationes non aliter metitur quam verborum ad virtutes parandas utilitate, aut rei opportune gerenda necessitate, *η περι άρχετος ἐν καρπού διατέρδαι, η τρόπον την εὐσάσιν τε καὶ κατετέμοντα τους λόγους των τετράδων.* Qui autem in alio quoque genere sermones verificantur, ii rejeti tamquam supervacanei ac iniustiles debent, *τούς δὲ λόγους οὓς αρχέτοις οὐ παρατέρδαι λόγοι.* Huc pariter spectant ad evitanda pericula confituti regule magni Basili: *Noz habeat Monachus ad Monacham aditum; vel Monacha ad Monachum secreto ad colloquium.* Et non cubet Monachus in mulierum Monasterio: *& si contigerit ut aliquam propinquam suam videre velit Monachus, in praesencia Praefecte huic colloquatur per modica & compendiosa verba,* & in brevi ab ea discedat. Videat superius alia huc pertinientia, ad can. 28. Concili Agathensis, jubentem diverorum sexum Monasteria longe invicem esse remota. Similia huc pertinientia revisa superius ad can. 6. Concili Toleti.

Can. XXI. *Non oportet Monachum, vel Monacham proprium relinquere Monasterium, & ad aliud se conferre. Si hoc ipsum autem contigerit, ipsum ut hospitem accipi est necessarium: sed eum recipi sine mente ejus Praefecti non convenit.*

DIATRIBA DE IMAGINIBUS

Et earum cultu.

1. *Quæcumque instituitur disputatio, a nominis de quo disceptatur, significatio exordienda est, ne illius ignoratione aut confusione res de qua disceptatur, in incerto sit: ipsique disputationes fructu temere contendunt, & quasi genus illud gladiorum, qui obvelatis oculis in arena dimicabant, quoque antiquitas vocabat Andabatas, gladios in incertum per aer ventilat. In primis hoc tenendum, longe diversa esse significata vocum imaginis, & idoli. Tradit enim Origenes homil. 8. in Exod. & Theodoretus q. 38. in Exod. exponentes locum Exod. cap. 20. Non facies sculptile, quod Interpretes 70. vertunt *εἰδῶλον*, inter imaginem & idolum hoc esse discrimen, quod Imago sit vera rei representata similitudo, ut contingit in hominis aut leonis representatione picta vel sculpta: etymon enim imaginis, est ab imitando: Idulum autem sit falsa similitudo, id referens quod revera non est; ut cum gentiles statuas representabant Palladis, aut Veneris, quasi numinum, illa signa non nisi idola erant, quia Deos feminini sexus effingebant, quales nec dii sunt, nec esse possunt. Quod enim non est, prorsus representari non potest. Ex quo perspicuum sit, imagines Christi, aut Sanctorum non esse idola. Sed neque Trinitatis, aut Angelorum, tametsi humanam representant figuram, non enim sunt ad representandam Trinitatis aut Angelorum natum seu substantiam, sed ad exprimendam formam, in qua Sanctis olim Patribus apparuisse ipsæ docent Scriptura, vel certe ipsorum proprietates.*

2. *Istud vocum discrimen astruitur inde, quia Scriptura facit nusquam idoli nomen attribuit veræ imaginem, sed solum gentilium simulacris falsos deos referuntur. Sacra eloquia vocant Filium Dei, imaginem Patris, Sap. 7. Colof. 1. & Hebr. 1. at nunquam idolum Patis. Et 3. Reg. 7. dicitur fecisse Salomonem ad ornatum templi imagines Cherubim ad similitudinem ac effigiem hominum, prætereaque imagines boum, leonum, palmarum, malogranatorum, nec usquam tamen vocantur idola, quia facilius verarum rerum similitudini conformabantur. Atque in veteri Testamento idola vocantur ordinarie (*εἴδητα*), hoc est *nihilum*, seu res nihil; cuius radix dicitur a negativa (*η*) non, nequam, ne. Ut Levit. 19. 28. & alibi; vel (*εἴδητα*) quo est *vanitas*, *peccatum*. Ut Numi. 23. Osee 6. & alibi passim. Nonnunquam etiam (*ρῆσμα*) quod est *falsitas*, *mendacium*, ut observat Hieronymus in Osee 7. Denique Habac. 2. dicit Scriptura: *Quid prodest sculptile, quia sculpti illud fictor suis conflatile, & imaginem falsam?* Ubi evidenter dicitur idolum image falsa. Cui suffragatur Plato in Theeteto, cum ait: *Ιδον τὸ εἴδον τοὺς παῖδες πονούσαν τὰ ἄνδρες, μενδαία & idola pluris facientes quam veritatem:* quo loco idolum cum mendacio adjunxit, opposuitque veritati. Tertullianus quoque lib. de idolatria docet, idolum esse diminutivum a vocabulo *εἴδος*, quod *formam* ac *speciem* significat, effeque idolum exilem formam ac tenuem non solum quantitatem, sed etiam perfectione. Homerus quoque Odissea lib. 11. & Lucianus in Dia-*logo mortui vocant idola mortuorum, spectra, & umbras inanes,**